¶ Compendiū de vita anticriſti incipit feliciť

Circa ſtatū ⁊ pſecutionem anticriſti notandi ſūt quinqʒ· p̄mo ortus anticriſti· ſcd̄o pgreſſus· tercio cultus ⁊ quarto ↄflictus· quinto obitus· Circa ortū anticriſti nota quatuor· Primo de qua pgenie naſcetur quia de tribu dan vt geneſis vltimo· Fiat dan ſicut coluber in via· et ideo ī apocalipſi dan nō ſcribitur ī catalogo ſanctorū in deteſtationem ātícriſti· Scd̄o nota quomodo naſcetur quia de fornicatrice non de virgine vt ij ad theſſalonicēſes ij· Niſi diſceſſio p̄mū venerit et reuelatus fuerit homo peccati jd eſt in peccato conceptus· Tercio nota quō concipietur in vtero quia opatione dyabolica ſicut dicit auguſtin⁹· ſpiritus malignus deſcēdet in vterum matris ⁊ ex virtute diuina ↄfouebitur ⁊ implebitur anticriſtus· ij ad theſſaloñ ij· cuius aduentus erit ſcd̄m opacōnem ſathane· gloſa· nō tamen ſine conſenſu liberi arbitrij· quia incipiet eſſe malus ex vtero mr̄is iuxta illud yſaie xlviij· tranſgreſſorem ex vtero vocaui te Quarto nota vbi naſcetur quia in babilone· Apocalipſis xviij c· Babilō magnā mater fornicacionū· et ſequitur de anticriſto Vidi mulierem ebriā de ſanguine martirū et

ſanctorum xpriſti ihesu. Quinto circa proceſ
ſum antixpriſti nota quatuor. Primo vbi nu
trietur quia in illis duabꝰ ciuitatibꝰ corozam
et bethſayda. Unde illud ſuper iſto verbo euã
gelij ve tibi bethſayda ve tibi corozam dicit au
guſtinꝰ. Ideo imprecatur et ĩproperat eis do
minus dicens. quia in eis conuerſaturus eſt
filius pdicionis. ¶ Secundo. Nota a quibus
nutrietur quia a ſpiritibꝰ malignis qui prop
ter incantaciões ſuas cõtinue ei famulabuntur
⁊ aſſiſtent cõcomites ĩdiuiſi. apocalipſis xvij
Uidi de ore beſtie id eſt antixpriſti propter in
cantaciões quas de ore emittet exiſſe tres ſpi
ritus ĩmũdos ¶ Tercio. Nota a q̃bꝰ recipiet̃
Primo quia a iudeis vt dicebat eis dñs. iohis
quito ĩ fine Ego veni ĩ noĩe pr̃is mei ⁊ non re
cepiſtis me cũ autẽ alius venerit ĩ noĩe ſuo illũ
recipietis. ¶ Quarto. Nota ĩ q̃ etate incipiet
hec oĩa q̃a eccleſiaſtici q̃rto. Uidi cõiunctos
viuẽtes q̃ ambulãt sub ſole cũ adoleſcẽte ſcdo
id ẽ ãtixpõ. nã p̃mꝰ adoleſcẽs ſalutis fuit criſ
tꝰ. Circa cultũ eiꝰ nota iiij. p q̃ attrahet ad ſe
diuſos cultꝰ. Primo enĩ vt attrahat ad ſe iude
os dicet ſe meſſiã pmiſſũ ĩ lege verũ deũ ⁊ verũ
hoĩez ⁊ redificabit teplũ ſal o. ij theſ. ij. q̃ ad
uſat̃ ⁊ extollit̃ ſup oẽ q̃d di. deꝰ ficte. ſ. ab ydo

aut quod colitur ſcilicet in veritate a fidelibus
Secundo vt attrahat ad ſe gẽtiles ydolatras
faciet ſimulachrū ⁊ ſtatuam per incantacionē
⁊ in eam mittet ſpiritum malignum ad dand
reſponſa et vocabit eum deum maon· Daniel
xi· Deum patrū ſuoꝝ non reputabit deum· de
um autem maon in loco ſuo venerabitur Hanc
ſtatuam faciet adorari· Apocalipſis xi· Faciet
vt quicūq; non adorauerit imaginem beſtie oc
cidatur· Tercio vt attrahat ad ſe criſtianos
dicet ſe criſtum veniſſe ad iudicium ſic ꝓmiſ
ſum in euangelio ⁊ oſtendet ſe mortuum ⁊ ter
cia die reſurget iuxta illud· vnum de capitibꝰ
eius quaſi occiſum in morte et plaga mortis
eius curata eſt et admirata eſt vniuerſa terra
Quarto vt attrahat ad ſe omnem hominem
magnum et paruū ⁊ ponet caracterem in fron
te et manu dextera vniuſcuiuſq; vt diſtinguan
tur ab alienis et nemo poterit emere vel ven
dere niſi habuerit ſignum ſuū· Apocalipſis xiij
Faciet omẽs puſillos ⁊ magnos habere carac
terem in manu dextera·et ne poſſet emere vel
vendere ⁊c· ¶ Circa conflictum anticriſti nota
ꝙ pugnabit cōtra duo genera hominū ſcilicet
nobilium et ignobilium ſeu maioꝝ et minorū
Maiores autē diſtinguet ſecundū tres gradꝰ

ſcilicet clericos·milites·et mercatores Cleri
cos ꝛ litteratos expugnabit ꝛ attrahet per ra
ciones naturales· erit enim valde inſtructus
in ſcripturis philozophoꝝ·danielis ſexto Cõ
ſurget rex impudens facie et intelliget propo
ſiciones ſcilicet naturales ꝛ ſupra quam credi
poſſ; vniuerſa vaſtabat milites expugnabit
per diſtribucionem terrarum et dignitatũ·da
nielis vndecimo·Multiplicabit gloriam et da
bit eis poteſtatem ĩ multis ꝛ terram diuidet
gratuito mercatores expugnabit per argentũ
et aurum·danielis octauo In copia rerum oc
cidet plurimos et eiuſdem vndecimo·domina
bitur theſauris argẽti ꝛ auri ꝛ cetera·Demo
nes enim reuelabunt ei omnes theſauros oc
cultos ſub terra in ſepulchris antiquis q̊s an
tiqui abſcondebant quãdo moriebantur ſperã
tes ſe redituros poſt longum temp⁹ ad eoſdẽ
quos poſuerunt quidam erronei philozophi
ꝛ ideo dicit·Job viceſimo p̃mo·Ad ſepulchꝛ
ducetur ſcilicet anticriſtus et in ꝯgerie mortu
orum euigilabit Et eiuſdem xli·Sternet ſibi
aurũ q̄ſi lutũ Populũ minorẽ diſtiguet tripli
cit̃ ſcilicʒ ĩ ſiplices q̊s attrahʒ p falſos ꝓphas
ĩ tuidos q̊s attrahʒ p tirãnos ꝛ pfectos ĩ peitẽ
tes q̊s attrahʒ p falſa miracl'a nã ſic di·ĩ apo

Faciet ſigna ita vt ignem faciat deſcendere q̊
ad falſam apparenciam· ⁊ ideo dicitur mathei
xxiiij· Surgent pſeudo criſti ⁊ pſeudo ꝓphete
ad decipiendum ſimplices ⁊ tradent eos in tri
bulacionem magnā et occident ad cogendum
pauidos et dabunt ſigna magna vt in errorē
deducātur ſi fieri poteſt eciā electi ad commo
uendū penitentes ⁊ perfectos· ¶ Circa obitū
anticriſti nota quatuor· Primo tempus· quia
poſtq̄ ꝑdicauit tribus annis cū dimidio· da
nielis xij· Dixit daniel āgelo Vſqꝫquo finis
horū mirabilium· Reſpōdit angelus· quia ꝑ
tempus ⁊ tempora et dimidiū tēporis ſcilicet
per tres annos ⁊ dimidiū· Hebreꝰ enim tem
poris nomine accipit vnum annum ⁊ per tēpa
accipit duos annos ⁊ ꝑ dimidium tēporis ac
cipit dimidium annū· Secundo notanda ē ꝑ
ſona iterficiens que erit ipſe criſtꝰ· ij ad theſ
ſal ij· quem dominꝰ iheſus interficiet ſpiritu
oris ſui· vel michael interficiet miniſterio xpi
Tercio notandus locus in quo interficietur ·
quia in loco vnde aſcendit criſtus in celū ſali
cet in monte oliueti· danielis xi· Veniet ī mł
titudine magna ſupple exercitus vt conterat
plurimos ⁊ figet tabernaculū ſuum ſupra mō
tē iclitum id eſt ſupra montē oliueti ⁊ veniet

ad ſummitatem eius ſcilicet montis oliueti et nemo ei auxiliabitur quando ſcilicet occidetur a xpriſto ¶ Quarto. Notandus eſt modus q̄ occidetur q̄ erit triplex. Occidet̃ enim ſubito Job. Subito morief̃. Interficietur abſq; manu hominis. danielis octauo. Sine manu conteretur. Item interficietur publice. Job. Videntibus cunctis precipitabitur ¶ De die autem illa ſcilicet iudicij vel aduentus antixpriſti nemo ſcit iuxta illud Marci. tridecimo. De die autem illa &c. et mathei viceſimo octauo. Aduentum autem antixpriſti precedent quatuor Primo romani imperij diſſenſio et diuiſio in decē regna ſecundo ad theſſalonicenſes ij. Niſi venerit diſceſſio &c. ¶ Secundo īobediencia eccleſiarum ab eccleſia romana ¶ Tercio generalis concitacio preliorum . Mathei viceſimo quarto. Surget gens contra gentem et regnum aduerſus regnum. &c. ¶ Quarto. Enoch et helie predicacio Apocalipſis. vndecimo. dabo duobus teſtibus meis et prophetabunt mille ducentis ſexaginta diebus &c.

¶ Explicit de vita antixpi

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M
© The Tiffen Company, 2007